



HENRICI NORISII  
VERONENSIS AUGUSTINIANI

TIT. S. AUGUSTINI S. R. E. PRESBYTERI CARDINALIS  
ET SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE BIBLIOTHECARIJ

OPERA OMNIA

*Nunc primum collecta atque ordinata*

TOMUS SECUNDUS

CONTINENS CHRONOLOGICA

*Quorum Elenchum post nuncupatoriam habes.*



VERONAE MDCCXXIX.

---

EX TYPOGRAPHIA TUMERMANIANA  
SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO EXCELLENTISSIMI  
SENATUS AD ANNOS XV,



COMITI HIERONYMO  
PORTO  
CATAPHRACTORUM DUCTORI

Io. Albertus Tumermanus.



*I* ea librorum inscribendorum  
debet esse ratio, ut is, cuius  
nomine insignitus evulgatur li-  
ber, vir quispiam sit aliqua præ-  
cipua commendatione, ac ti-  
tulo clarus, ex quo non tam  
patrocinium operi, quam ipsi typographiæ de-  
cus atque ornamentum possit accedere: profe-  
cto meum consilium, quo Tibi, Vir Illustrissi-  
me, hunc alterum Norisii tomum dicare insti-  
tui, futurum hominem qui non maxime pro-  
bet, arbitror neminem. Cum enim celeberrimus



# DISSERTATIO PRIMA DE ANNO AC MENSIBUS MACEDONUM.

## CAPUT I.

*Asia a Macedonibus subacta, annum eorumdem eademque mensium nomina admittit. Error Scaligeri ac Petiti de primo mense anni Macedonum. Initio menses apud eosdem Lunares erant, omnesque tricennarii. Ufferii sententia de veteri anno Solari Macedonum expenditur.*



**M**acedonas incertis olim sedibus errantes, inopes, ac passim sub pellibus gregem pascentes, Philippus rex urbes incolere iussos, optimis legibus ac institutis instruxit, ut eisdem in libro septimo apud Arrianum, Alexander Philippi filius exprobat. Hinc sub prioribus regibus res illorum obscuræ ac vix fuitimis notæ: quarum exoletam pæne memoriam Diodorus Siculus ad posteros breviori narratione transmisit. Verum ubi Alexander selectis ex Macedonia ac Græcia copiis, transmissis Hellesponto, Darii Persarum regis exercitibus uno & altero prælio profligatis, Asiam pari celeritate ac felicitate subegit, gens Macedonum in ore famæ, ceterisque populis formidabilis esse cœpit. At Alexandro Magno, in maximarum rerum conatu, improvise morbo

**A**le vivis erepto, præcipui eiusdem Ducis amplissimi post hominum memoriam imperii provinciis secum invicem divisis, nova per Asiam regna condiderunt, cumque in recens abs se extractas, vel instauratas urbes, Macedones milites colonos deduxissent, suæ quoque gentis instituta Asiæ populis induxerunt. Hinc factum est, ut Asiatici Macedonum anni formam eiusdemque mensium nomina admitterent. Ita Iudæi rituum suorum alias tenacissimi, a Chaldæis in captivitatem abducti, avitis mensium nominibus antiquatis, victorum mensibus uti cœperunt, ut menses qui antea Zius, Bul, ac Ethanim ex 3. Reg. cap. 6. & 8. dicebantur, Iar, Tisri, & Marchesuan Chaldæis nominibus nuncuparentur. Romani quoque cum militum colonias sub Cæsaribus toto passim orbe deduxissent, anni Iuliani formam victis abs se gentibus passim imposuerunt. Annus Macedonum uti apud Ægyptios, Græcos, Romanos, aliosque populos, in duode-

Cyclus Paschalis annorum xcv. ab anno Ære Christi DXXXII. ad annum DCCXVI.

Fig. 742

exstat Ravennae in Camera  
Ecclesie Metropolitanae  
Cartilago denominata

lapidis Diameter est  
palm. Roman.  $4 \frac{1}{4}$   
Literae. stant. 4

